


226

E 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 51







Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 51




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 51





~~N. K. I. 55~~


226 & 51.

N. K. 307










226 9.51.




Philippi Beroaldi Orato

ris preclarissimi orationes due. una
porissimu; historie altera ve
ro eloquentie et poetices
complectēs lau
dem.:



KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE SHAGE.

Handwritten text in a Gothic script, likely a title or header, appearing as a mirror image or bleed-through from the reverse side of the page.



Fragment of text from the adjacent page on the right.

Fragment of text from the adjacent page on the right.

**Philippi Geroaldi oratio habita in enarratiōe
Titi Livi ac Siliū italicū continens hystoriae lau-
dationem.**

Officium est boni professoris viri praestantissi-
mi id velle profiteri quod auditoribus utilita-
tem cum voluptate maxima alaturū sit: quod
scholasticorum auribus satisfactorum: quod
temporibus sit futurū accommodatuz. hoc ego
semp oī studio ac diligētia superioribus annis
efficere contendit in praesentiarum effecturū me esse confido. *Impresenciar*
Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus dele-
gerim quos in hoc augustissimo gymnasio profiterer quorum
lectio et prodesse et delectare plurimum possit atq; his tempo-
ribus sit futura maxime conveniens Nam cum omnium dis-
ciplinaruz cognitio utilis ac iucunda mortalibus sit: hystoriae
cognitionem mediū sūdius utilissimam iucundissimamq; esse
censeo ex quo cum multum omnibus scriptoribus debeamus
qui non solum sibi sed etiam posteris vixisse creduntur pluri-
mum profecto hystoricis debere nos non possumus inficiari:
quorum labore ac industria effectum ē vt omnium aetatum:
oīm gētiū oīm populorū res gestae oīa praeclara facinora scirēt
a nobis intelligerētur cognoscerētur. Ut cūeta cunctorū illū-
trissimorū virorū dicta facta uememoratu digna contueri edis-
cere recordari liceret: q̄ q̄dēre nihil pulcri? nihil iucūdi? nihil
magnificenti? excogitari posse cōterideris. Etenim vta Licerōe
scriptū est diuinit? nihil earū rez scire quae ātequā nascereris
facte sint: h̄ ē sēp eē puez. Cognoscere vero res gestas mēoriae
veteris: ordinē tenere ātiq̄tatis. exēplo:ūq; oīm habere notici-
am decoz laudabile ac p̄pediūm ē. Senibus ideo maior auc-
toritas est q̄ntā ob lōgā aetatē plurimas res nosse ac vidisse cre-
dunt. at hoc iuuenib? cognitio hystoriarū praestat vt etiā prae-
teritis saeculis vixisse videant. et illi me hercle adolescētes qui
hystorias habeant ad manum et exēpla illustrium viroū in
promptu tāto senibus sū anteposendi: quāto plura negocia
complectitur hystoria multoz saeculorum q̄s faciat hominis
vita longissima. huc adde quod qui bonus orator esse concu-
rū

piscit in primis abundare debet exemplorum copia et nosse quae
plurima. Nam cum sit hystoria testis temporum lux veritatis:
magistra vitae: nuntia vetustatis nihil ambigitur quin orator
optimus esse non possit nisi fuerit antiquitatis exemplorumque
cognitione instructissimus: nisi historias perinde ac ungues su-
os habuerit exploratissimas: quoniam ut inquit Quintilianus
hystoria alere potest orationes molli quodam ac incundo suc-
co. Est praeterea operae pretius in voluminibus hystorico-
rum omnis exempli documenta velut in illustri monumento posi-
ta intueri unde quae imitanda sunt de promere ac nobis propo-
nere ad imitandum quae fugienda fugere possimus. pulchrum
est ut inquit verissime Diodorus aliorum erratis in melius in-
stituere vitam nostram et quid appetendum fugiendumue sit ex
aliorum exemplis posse cognoscere. unde haud in merito De-
metrius phalereus Ptolomaeus regem subinde admonerat
ut libros lectitaret quoniam quae amici non audent principi-
bus demonstrare ea omnia in libris scripta reperiuntur. Hoc
est in cognitione rerum salubre atque frugiferum scire quibus
artibus: qua disciplina: quibus moribus maxima imperia or-
ta sint. Maximi imperatores nomen sibi immortale pepererit.
Et e contrario qua vitiorum labe infecta amplissima regna cor-
ruerint et ex summo in unum praecipitauerint. ad summam
hystoria ad id quod honestum est capessendum inflammat. De-
testatur vitia probos extollens improbos deprimens hysto-
riae ut inquit verissime Vitruius per se tenent lectores eum
habeant novarum rerum varias expectationes: Utinam nobis deus
eum ingenij memoriaeque diuinam vim condonasset qua Porci-
us latro declamator egregius fuerat decoratus qui cum omnes
hystorias unius omnium notissimas haberet iubebat aliquem
ducem nominari et e vestigio eius omnia acta cursim diligenterque
commemorabat. Ceterum cum omnes hystorici sint legendi ad eundem edis-
cendi: scriptores potissimum latini rerumque italicarum ac maxime
romanarum enarratores sicut mihi videtur sunt adorandi colendi le-
ctitandi nec unquam e manibus dimittendi. idque duabus potissi-
mum de causis faciendum videtur quoniam et rerum nostra-
rum cognitio magis ad nos quam externarum pertinere existima-
tur: et quod hystorici latini sanctiores verioresque graecis scrip-

porcius latro

toribus fuisse creduntur: pugnant enim inter se omnes fere
graecorum scriptores et alter alterius mendacia refellere cona-
tur. ita Ephorus Hellenicum: Timeus Ephorum philinus
polibns Herodotum quos plurimi tanquam fabulatorem reprehen-
dunt hinc a Satyrice poetedictum esse credimus quicquid
graecia mendax audet in historia. Discrepantiae autem illo-
rus causa haec potissimum fuisse traditur: quod nullam unquam
curam graeciae populi adhibuerunt praeclara facinora scribe-
rentur ac publicarentur: ideoque magna in scriptoribus menti-
endi licentia fuit: qui cum partim res gestas ignorarent. partim
affectionibus ducerentur non historiam conscripserunt: sed
mera mendacia. Contra apud romanos ut omnia prout gesta
fuerunt incorrupta integra atque fideliter conscripta haberen-
tur: pontifices maximi res omnes singulorum annorum litte-
ris mandabant: efferebantque in album tabula domui propo-
sita ut esset populo per testas cuncta cognoscendi: et hi annales
maximi nominabantur. Hanc autem similitudinem scribendi
secuti sunt Piso Fabius pictor et ille Lato portius omnium bo-
narum artium magister a Plinio nuncupatus: qui sine ullis or-
namentis sine pigmentorum coloribus sine fucato nitore mo-
numenta rerum gestarum relinquerunt nuda recta atque sim-
plicia primam illam imprimis observantes historiae legem: quae
praecipit ne quid falsi dicatur. etenim dempta ex historia veri-
tate ita narratio omnis inutilis ac penitus manca efficitur si-
cut corpus animantis in utile fit oculis effossis ut luculente scrip-
tum est a Polybio. Deinde cum ingenia erudito iam saeculo indi-
es magis excolerentur et fecundia verborum politiorque profueret et
loquacissimi apud romanos ad scribendum hystoriam sese applicave-
runt: qui non ut superiores tantummodo narratores fuerent. Sed etiam
exornatores atque illustratores maximi extiterunt qui utpote di-
uino ingenio prestantes viri hystoriae affectionibus omnibus
casuum varietate mirabili egressibus iucundis resperserunt
et quibusdam flosculis quasi pratum distinctam variegatamque deco-
rarunt. qui cum omnes sint excellentissimi: cum omnium lectio iucun-
dissima ac utilissima futura sit cum omnes haud dubie suspicien-
dos ac lectitandos esse censeam: Titus liuius in primis narra-
tione dignissimus mihi visus est et iucunditatis utilitatisque iter

*Mancus a un de ille q cozet non
cu aliq zest remando offuore
Manace iam malit of mab n
Manacus et dlar*

alios refertissim⁹ Lⁱuius lectio oim scholasticor⁹ auribus ant
misq³ satisfactura sit. est em̄ dulcis cādid⁹ z effusus z eo null⁹
historicoz meli⁹ cōmendauit mitiores affectus apud quē oia
tum rebus tum personis sunt accommodatissima. q̄ in narrā
do mirae est iucūditatis. clarissimiq³ candoris: qui vt verissi
me dixit Quintilianus in contionibus supra quas narrari po
test est eloquētissimus: Lⁱuius lacte vbertas lectorem detinet
auocat pascit omnibusq³ affectionibusq³ validissime comino
net z quo vult maxime impellit: cuius diuinae facundie nihil
addi potest cuius orationi si quid demas ex elegantiā detraxe
ris quem admodum de Platonis oratiōe Phauorinus dicere
solebat. Idem grandiloquus est z sentētiar⁹ grauitate z maief
tate verbor⁹. idem copiosissimus nec tamē lōgus. Nam vt in
quit egregie Martialis: Non sunt longa quib⁹ nihil est quod
demere possis. non igitur imerito diuus Hieronymus testa
tur quosdā ex vltimis hispaniae galliarūq³ finibus viros illul
tres Romā venisse. v⁹ ob hoc solū vt Titū liuiū lacteo eloquē
tia fonte manātem cōtuerentur: qui vt Plinius in epistolis in
quit postea q̄ hōiem videre statim in patriaz repedarūt. O te
foelicē o te beatum Tite liui: cuius vnus vidēdi causa viri no
biles tot mīlia passuum confecerunt ex penitissimis regionib⁹
proficiscentes. tot montes incultos. tot inuia loca superarūt.
illa profecto illa diuina virtus est existimanda quae in vno ho
mine tantū polluit tantum effulsit vt ad eum visendum tanq̄
ingens celebrandumq³ miraculum Galli Hispaniq³ sollicita
rentur. merito Quintilianus Lⁱuius inter ceteros scriptores
legendū esse precipit in scholis quoniā scilicet candidissimus
est z maximus auctor historiae: merito z nos Lⁱuium ex om
nibus vnum delegisse videmur quem publice hoc anno profi
teremur: cuius libri omnes cum lectitandi sunt et in manibus
quotidie habendi Nonne haec decas liuiana quam dīs bene
auspicantibus ordimur enarrare reliquis decadib⁹ est ante po
nenda: Nonne hec in primis volumīa a Lⁱuio diuinit⁹ scrip
ta fuisse censendū ē. Et hec pfecto decas: hoc em̄ nomine Lⁱui
ani libri a nūero denario nuncupantur quanto bella q̄ cōtinet
caeteris bellis maiora fuerunt: tanto reliquas decades ante
cellit. Laudat Origenē adamantium Hieronymus q³ cum in

ceteris uoluminibus omnes superauerit in Cantico canticorum ipse se vicerit. Laudatur a Cicerone Crassus orator quem cum in agendis causis consensu omnium cunctos superauerit in extrema actione a semetipso superatum esse testatur. Praxiteles inter statuarios a Plinio celebratur perinde ac marmoris gloria superauerit etiam semet hoc idem et nos hodierno die de Lilio merito dicere possumus quod cum in ceteris decadibus ceteros antecelluerit in hac semetipsum vicit: et me hercules ut dicas viri clarissimi quod sentio eodem aetate Lilius bella separauit quae Romanis gesserunt: eodem ingenium fulmine stilus exercuit quo Romanus populus arma tractauit: eadem vigilia incubuit chartis: quae Romanis milites disciplinae militari incubuerunt: et mediustidius videtur populus Romanus. vel ob hoc unum tam memoranda facinora gerere voluisse ut illa a tanta luculento scriptore scriberentur: quae res haud dubie luculenta verbis luculentis aequiuit quae quotiescumque in manus sumo: non legere video bellum: sed tractare: ut inquit Hieronymus de paulo non audire verba: sed tonitrua. in Lilianis voluminibus videre video imperatores rationabundos militesque suos exhortantes ad plura alacri aetate capessenda. Senatuum de rebus dubiis consultantes: hostes hic formidosos trepidare Romanos illic furibundos iurare Denique apud Lilium omnis rei militaris disciplina continetur: omnia strata gemata: omnes calliditates imperatorie demonstrantur Leges senatus populi que decreta: omnes denique artes quibus domi forisque viuatur conspiciunt. Sed pro dolor quantum iacturam passi sunt omnes litterarum studio si ex centum decem voluminibus Lilianis deperditis qui omnia quae unquam Romani per septingentos annos gesserunt preclara facinora veluti in unum redacta corpus noscere potuissent. Quanto dispendio affectus est Romanus populus: Lilius tot ac tantarum gestarum memoria cum lebris Liliis pariter interit Quantum verae fama detrimentum illustissimi imperatores subierunt: quorum nomina fuissent sempiterna et gesta memorentur: Si Liliana volumina non intercidissent: quod si defunctis ullus est sensus profecto Lilianos manes ingemiscere credendum est tot labores incassum sibi fuisse susceptos: tot nequicquam vigilatas noctes: tot frustra conscripta volumina quae si extarent omnia: nihil praeter se nobis foret desiderandum. haberemus in

quo otium in quo tempus bene collocare possemus: et tamen nobis ut pote somniculosis vitæ aetas suppeteret ad legendum: quæ illi diuina quædam benignitate prædito supeditauit ad scribendum qui etiam Dialogos: inquit. Seneca philosophorum more conscripsit: Sed querelæ ab exordio nostro enarrationis procul absint: nihil nec nobis nec ipsi Lilio pro futurae. Cæterum cum sapientis sit seruire temporibus: Nos quoque temporibus his seruiamus: quibus cum arma vigent: bella horrida perstrepat: Cum omnis Italia bellicis tumultibus seueat: Classica personent: Cum Dauoris telum suum quatiat: Bellona dominetur: idoneum esse videtur ut scriptores eos potissimum legamus: qui bella describunt: hec ergo sit nostra militiæ. alij bella gerent nos legem? alij sub Dio in campis patentibus intuti pugnabunt nos pugnas confectas in umbra in scholis tuti recensebimus. hinc aures nostras Lilius personabit inde Silius. Ambo eadem bella facundissime narrantes ille soluta oratione: hic versu heroico: qui non minus historicus quam poeta iudicandus est: Qui stilo Cothurnatorum characterem grandiloquo tonare ac fulminare videtur: qui bella non scribere sed bellare: Lilius optime conuenit illud orationum: Audire magnos iam video et duces non indecoro pulvere sordidus: Ardens est locitatus: erectus: idem candidus copiosus atque sublimis: multum habet neruorum: plurimum lacertorum: totus bellicis rebus accommodatus: qui non minus eruditiois afferre possit: quam iucunditatis mira est in Silio rerum reconditarum copia varia ac multiplex locorum et maxime Italicarum urbium descriptio: multa hystoriarum cognitio. Et cum virgilium illa foelicitas ingenij soluta oratione reliquerit: Cum Liceronem facundia illa gemina in carminibus destituerit: Silio contigit id quod paucissimis dum dederunt ut idem esset et maximus poeta: et summus orator: qui utrumque et Maronis et Liceronis opus felicissime impleuerit: quod epigrammaticus poeta elegantissime demonstrat his versibus cum de Silio loqueretur. Sacra cothurnati non attigit ante Maronis: Impleuit magni quam Liceronis opus. Idem alibi Silium musarum decus appellat Sed quod plura: Lilius et Silius facundia: vires ingenij: eruditio: ceteraque virtutes eximie sese nobis

quottidiana enarratōe exhibebt: sese offerent: ostētabūt Cla/
rius sole fulgentes. Ego vero oī diligētia: studio: Vigilantia
elaborabo: enitar atq; contendā: ita singulos nodos enodare:
ita implicita explicare: vt quemadmodum vos mihi ornamē/
to maximo futuri estis: ita ego vobis sim non minimo emolu
mento. hoc mihi in animo est velle prodesse: Vobis sit velle p
ficere: Dū faciant vt vtriq; vtrūq; propositū implere possim?

**Philippi Seroaldi Oratio habita i enarratiōe
epistolarum Ciceronis ⁊ Lucani Continens lau
dem poetices.**

m Aximum deorum munus est viri Circumspectis
simi: ⁊ quo nullum maius excogitari potest elo/
quentia: Qua vna vel maxime separauit homi/
nem a caeteris mutis animantibus. deus ille pa
rens ⁊ mundi fabricator: quae quia sermone ca
rent irrationabilia merito vocantur. Eloquentia homines pa
labundos in agris atq; dispersos congregauit in populum: ⁊
ex veris atq; immanibus mites reddidit ⁊ mansuetos. Elo/
quētia multae vrbes constitute sunt: plurima bella restincta:
Firmissimae societates: Sanctissime amicitiae comparatae:
Eloquētia mortales immortales efficiūt: Merito itaq; flera
mina ⁊ oim regina rerum orō a doctissimis nuncupatur: Lu
ius tanta est dignitas: tanta potentia: tanta maiestas: vt Du
ce eloquentia dñs simillimi esse videamur: Et homines elo/
quentes: qui oratores nominantur tantum reliquis homini
bus praestare creduntur: quātū hōines bestijs atecellūt: Nihil
mediusfroi? eloquētia diuini? repiri potest nihil cōsumato
oratore praestati? Leterū cū eloquētiaē partes oēs sacre sint
ac venerabiles: Laeterisq; aliazartiū studijs ateponeōae Po
etica in p̄mis sacratissima est: quā ātiqui p̄maria quandā phi/
losophiā esse tradiderūt: Quae ab ineunte nos etate viuendi
formulā doceret: quae mores: quae affectiōes ostēderet Quae
res gerendas cum iucunditate praeciperet: Unde nō minus
vere q̄ luculēter dixit Oratius Os pueri tenerū balbūq; poe/
ta figurat: Hor etiā pectus preceptis format amicis. Instru
it exēplis inopem solat ⁊ aegrū. Quāobrem Liuitates graeco

B i

rum eruditissimae liberos in poetica in primis erudiebāt: So-
lum poetam sapientē esse dictantes: Et vt diuus Augustin⁹
scriptū relinquit poetae theologi nuncupati fuerunt Cum de
dñs immortalib⁹ diuinitus multa conscriberent. Quales Or-
pheus. muscus. linus fuisse tradūtur Enimvero Artis poeti-
cae studia vt cicero facundissime scribit adoleſcentiam agunt.
Senectutem oblectant: Secundas resonant: aduersis per-
fugū ac solatiū praebent: Delectāt domi: nō impediunt for-
tis: pernoctāt nobiscum: peregrinātur: rusticantur Huc adde
q̄ poeticus decor exercetur ab oratore vt testis est Cornelius:
q̄ oratorilectionē poetarū plurimū conferre. Theophrastus
affirmat. apud quos in rebus spiritus in verbis sublimitas ī
affectibus motus oīs ⁊ in personis decor exprimitur: deoq̄ ī
hac lectione. *M.* Tullius putat esse quiescendū: existimat om-
nem loquēdi elegantia expoliri augeriq̄ poetislectitādis. Est
enī finitimus oratori poeta suntq̄ inter se cognatione quada-
copulati. Caeterū cū caeterarū rerū studia praacceptis cōstent
atq̄ doctrina Poetae soli ipsa natura valent ⁊ mentis virib⁹
excitāt: ⁊ q̄si diuino quodā spiritu inflāmāt. Unde plato diui-
nit⁹ scripsit libero tercio de legib⁹ poetarū gen⁹ eē diuinū: ⁊ idē
tradit in phedro Vates furore diuino cōcitos multa cōmo-
da graecis hominibus attulisse. ab eodem per quas eleganter
dictum est in libello de furore poetico poetas diuino iustinctu
cōcitos eundē furorem interpretibus quos rapsodos appel-
lat infundere imitariq̄ magnetis lapidis naturā: qui nō solū
ferreos annulos trahit: sed eādē trahēdi vim ipsis anulis latē-
ter insinuat: Origenes quoq̄ ille magister ecclesiae in libris:
quibus titulus est Periarehon Virtutem quandā esse docet
Spiritale quae poeticā inspiret: cuius inspiratione poetae re-
pleant: Platoni Origeniq̄ astipulatur Quodius sic scribens
Est deus in nobis: agitante calescimus illo: ⁊ alibi Est deus
in nobis: sunt ⁊ cōmertia caeli Sedibus aethere: spūs ille veh-
nit: Quapropter haud imerito poetas aīq̄ sacros nominant
Unde ab eodē scriptū ē: At sacri Vates ⁊ diuū cura vocamur
⁊ Calphurni⁹ i bucolicis idē: ille fuit Vates sacer: ⁊ Lucan⁹
nō scriptū reliquit: O sacer ⁊ magn⁹ vatū labor. Enn⁹ vero
sacros poetas appellat q̄ q̄si deoz aliquo dono ⁊ munere prae-

dici esse videantur. Hinc est quod poetae antiquitus in maxima
veneratione maximoque precio habebantur quod a principibus for-
uebantur: quod a regibus ditabantur: quod ab omnibus certatim ama-
bantur: Unde non minus vere quam diserte cecinit Naso: Cura
ducum fuerant olim regumque poetae: Praemiaque antiqui ma-
gna tulere chori: Sanctaque maiestas: et erat venerabile nomen
Vatibus et largae saepe dabatur opes. Charus fuit scipioni
africano Ennius: Charus Archias mario atque Lucullis che-
rillum poeta. quauis ignobilem in delitijs habuit Alexander.
Virgilium fouit Augustus: cuius versiculosum in theatro. po-
pu. roma. audisset surrexit vniuersus: et praesentem spectan-
temque Virgilium tanquam Augustum veneratus est. Oratium moe-
caenas adamauit: Lybillum messalla dilexit. Papinius Do-
mitienus auro palladio Coronauit Ausonium Gratianus con-
sulatu decorauit: Neque solum viuentes poetae qui honorifice-
tius Vates dici existimantur: sed etiam defuncti venerabiles
extiterunt: Siquidem Alexander magnus: Cum inter spolia
Darii psarus regis Scrimolium coepisset auro gemisque ac mar-
garitis preciosum: in eo libros homericos reposuit: ut preciosissimum
humani ingenij opus opeditissimo seruaret. Idem homerum adeo
diligebat: ut eius Iliada: quod diuinum poema edidicerat: quod vi-
sticum rei militaris appellabat noctu sub puluino vna cum pugio-
ne subiceret: et ita cum Homero poetae principe vigilabat: cum
Homero dormiebat: idem Pindari inter lyricos poetas praestanti-
ssimi familiae ac penatibus parci iussit Cum thebas euerteret
Altero vero Alexander qui romano praefuit imperio Virgi-
lium adeo admirabat ut eum Platonem poetarum vocitaret: eiusque
imaginem in Larario consecraret. Quinetiam Elius verus roma-
nus imperator Martialem epigrammaticum poetam suum Vir-
gilium nuncupabat. Huc adde quod etiam diuini amatores vlti-
mosque extiteret poetae: Siquidem Apollinis oraculum ut inquit
Eusebius pamphilus: Euripides laudibus in coelum tulit: et
Archiam tanquam scelestum ac profanum iussit exire de templo:
quod Archilocum poetam interimiscet. Sophoclen quoque tragici
ecoturni principem liber per tanquam delicias suas sepeliri iussit: Prae-
terea poetae quodam suauiloquentia adeo sunt dulces: ut non legantur
modo. sed etiam ediscantur: quorum auctoritas tanta est: ut il-

lorum dicta pro certissimis testimonijs habeant: Nam et Plato et Aristoteles principes philosophorum Homeri aliorumque poetarum carminibus sua dicta per saepe corroborant. Quin etiam iurisperiti illi sanctissimi in libris Digestorum frequenter allegant poeticos versus: et maxime scribentes de contrahenda emptione et venditione: et in titulo de gradibus: et de verborum significatione: et ad legem Aquiliam: et de rerum divisione: sexcentisque in locis citant testimonia poetarum. In decretis quoque Virgilianum carmen ex Georgicis: et Oratio Prusaeae epistolae afferuntur. Quid nonne ecclesiastici scriptores et in primis Augustinus Hieronimus atque Lactantius: Trium Christi dogmatis lumina clarissima scitent auctoritatibus poetarum: Quid maius loquor: Nonne apostolus Paulus vas electionis Tuba evangelij et sanctarum scripturarum armarium poetas studiose lectitasse videtur: Qui ad Titum scribens versiculum usurpat Epimenidis poetae. Cretes semper mendaces malae bestiae Ventres pigri: In alia quoque epistola Menandri carmen allegat: Corrupti bonos mores confabulationes pessimae. Et apud Athenienses in Areopago: hoc est martis curia disputans Aratum poetam testem citat. Praeterea ut in decretis scriptum est dominus praecepit israeliticis: ut aegyptios argento spoliarent Tropologicè intelligens ut argentum id est eloquentiam apud poetas inuentam colligeret atque possideret. David quoque ille psalmographus psalterium numeris poeticis concinnavit: Quod ut inquit Hieronymus in morem Oratio flacci et Pindari: nunc iambo currit: nunc alcaico personat: nunc saphico tumet: nunc semipede ingreditur: Denique Esaiæ et Job: et salomonis luculenta volumina: hexametris et pentametris versibus: ut Josephus et origenes scribunt apud hebraeos composita decurrunt. Quinetiam ut Cassiodorus testatur: omnis poetica eloquentia a diuinis scripturis sumsit exordium: adeo musica venustas Leposque poeticus existimatur: est omni esse suavitate refertissimus: adeo carmina modulique numerosi placuerunt ut deos existimarēt esse placabiliores: si eos versibus adoraret: et carminibus precarentur: Unde ab Oratio dictum est luculenter: Carmine dii superi placant carmine manes: et non minus vere quam secunde cecinit Lucretius: Calliope re

quies hominū diuiniq; voluptas. Sicigit apud vos praes-
tantissimi sanctum ac venerabile nomē poetarū: qui principi-
bus chari sunt: qui fouent a bonis: quoz carmina ediscunt a
litteratis: quoz vsus tercissimi aures deorum mulcent: eosq;
exorabiles mortalibus faciunt: q̄ quibusdā figmentis adum-
brati multa saluberrima precipiūt sentētias e penitissima phi-
losophia deproptas dissimulāter interserunt: meutes nostras
optimis praeceptis irequenter institutunt s vt auctor ist **Ma-
lius.** Omne genus rerum docti cecinere poetae. **Idē** linguam
ornant: faciūdiam augent: z supellectilem verborū faciunt copi-
osissimā. Deniq; solis pene poetis datum est: vt ad laudādūz
z vituperādū pariter sint accōmodati: z quēadmodū immor-
tali laude donantur illi: quos carminibus extollunt: ita sempi-
terna illi pulsant infamia: quos maledicis versibus insectan-
tur. merito nos monet **Socrates** platonicus vt diligēter caue-
amus. ne poeticū hominē quēpiā nobis infensuz habeamus.
Et principes quos carminibus celebrant immortales effici-
untur: quod elegāter expressit **Oratius** illo versiculo: Dignū
laude viruz: musa vetat mori: **Lelo** musa beat: **Si** aliquādo
lasciuere z obcoena scribere: z ludicra atq; amatoria de canta-
re z impudica promere vident: Non propterea sunt poetae re-
pudiandi: **Lum** neq; scriptoz mores ex versibus iudicandi:
neq; lepidiora carmina p argumēto impudiciā sint haben-
da licet lasciuire carminibus citra impudiciā: licet iocari ver-
siculis citra obscōenitatem morū: licet lingua z calamo ludere
pudenda: animo z corpore exercere probanda: nemo poetas
explodēdos esse censeat: propter versus molliculos: z amato-
rios: imo quilibet existimet poetas esse amādos fouēdos lecti-
randos ppter singularē eruditiōē: rerumq; doctrinam copio-
sissimā: quae cum in omnibus magna conspiciatur in **Luca-**
no maxima reuūdat: **Flamq;** in geographia hoc est locorum
descriptiōe est eminentissimus: in astrologia eruditissimus: in
hystoriarū enarratiōe faciūdissim⁹ in orationibus eloquentissi-
mus in stilo heroico sublatissim⁹: i rebo describēdis ppositissi-
mus: idē ardēs est z cōditatus. z sentētis clarissimus: z vt iqt
Quintilian⁹ oratorib; magisq; poetis imitādo. **Qui** qm magis
scribit hystoriā q̄ figmenta cōponat: a nonnullis z maxime a

+

Seruo ex familia poetarum exterminatur: ex quo et ipse apud
Martialem illudens ait: Sunt quidam qui me dicunt non esse
poetam: Sed qui me uerit bibliopola putat: At qui diuus
Hieronymus non solum poetam eum appellat: sed etiam arden-
tem esse dicit: et papinius in syluis omnibus poetis Lucanum
non uere anteponebat unico excepto Virgilio: in cuius com-
parationem ita scribit: Quid maius loquor ipsa te latinis Aene-
is uenerabilis canentem: et alibi metaphoricis inquit Bethum
Mantua prouocari nolo: hoc idem sensit Martialis inueniens:
Phoebe ueni: sed quantus eras cum bella canenti: Ipse daret
latiae plectra secunda lyrae: Enarrabimus itaque dijs bene au-
spicantibus poema lucani poetae Cordubensis: Tersum eru-
ditum: luculentum: Cuius lectio multum proderit: nec minus de-
lectabit: quod si ciceroni olim legere contigisset: nunquam profecto
scripsisset: Cordubenses poetas pingue quiddam somnare: atque
peregrinuz: ego in primis elaborabo enodare nodos quampluri-
mos: quos uel paucissimi explicare potuerunt. Lectioni luca-
ni coniuncta erit lectio epistolarum Ciceronis et ita cum poeta illu-
strissimo copulabitur orator inlytissimus: de quo melius est
tacere sicut de carthagine scribit historicus quam pauca dicere: de
quo cum proximis annis multa dixerimus in presentiarum hoc
solum dixisse contenti erimus Quod character ciceronis epi-
stolensis ad eloquutionem in adolescentioribus scholasticis for-
mandam ad facilitatem extemporalem comparandam: est maxi-
me conducibilis: cum leniter fluat: et ipsa epistolarum dialectos
habeat quandam quasi genuinam iucunditatem: in quibus uin-
cula quidem sunt: sed laxiora neque tam numerosa quam in orationi-
bus: et cum epistole quotidianis uerbis terende sint: Cuius ni-
hil accersitum habere debeant: ut inquit Seneca nihil affectu-
tatum Ciceroniana in epistolis eloquutio facilis est et illabora-
ta et ex quodam ueluti promptuario copiosissimo deprompta: que
cum imitanda sit et maxime imitabilis Nemo non sperat se epi-
stolarem Ciceronis eloquentiam effingere atque emulari posse:
uerum ut inquit Oratius Sudet multum frustra que laboris au-
sus idem Characterum cum liuius in epistola ad filium scripta lege-
dum in primis esse Ciceronem prescribat Opinor me facturum
opere precium si ciceronis epistolas publico auditorio hoc an-

no profitebo: ex quarum enarratione nō parum studiosi elo-
quentiae iuuabūtur: ipse equidē quod ad me attinet omni stu-
dio vigilātiaq; contendam vt omnib; satisfaciam: vt neminez
ad nostras lectiones audiendas venisse poeniteat: praeterea
quaedam scitu digna annotabimus: q̄ ad epistolas cōponen-
das pertinere videbunt: vt scholastici nō soluz ex viua vt aiūt
voce: sed etiam ex scriptis literulas nr̄as quantuler unq; sunt
cognoscere possint: Sed iā tēpus est ad ea nos transire: quae
enarrationi ipsi sunt accōmodata: Quodum breuiter expono:
quaeso vt fecistis adhuc diligēter attendite: mibi onerosuz nō
est dicere: vobis molestum nō sit audire. Dixi.

DED BRATIAS.

no p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate
p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate

no p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate

